Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1795
Quelle:
Copyright:

II. horum *Adversariorum fol.* CXXIV.

Fol. LXVI. *Hereses in Sacris Concilijs antea damnatæ per Lutheranos iterum ab inferis reductæ.* Initium: *De septem Sacramentis in genere. Circa septem sacramenta uarij fuerunt Hereticorum errores* &c.

Fol. LXXXI. *Antilogiarum sediciosissimi Apostatæ Martini Lutheri Babilonia ex diuersis ejusdem monachi libris per D. Joannem Fabri excerpta.* Praecedit Elenchus, et ad *Carolum* Imp. gravis Praefatio, quae incipit: *Si ueterum historiarum monumenta reuoluimus* &c. Omissa est haec in editis Exemplaribus *Aug. Vind.* 1530. et *Lipsiae* 1537. eique successit brevior ad *Ferdinandum* Hung. et Boh. regem.

Fol. CXXXVI. Scriptum de *Canone Missae* retinendo, contra, quam contendebat *Lutherus.* Incipit: *Quamdiu stetit orbis christianus, etsi variæ multæque hæreses a diuersis hæreticis natæ fuerunt* &c.

Fol. CXLII. Brevis Dissertatio, in qua ostenditur, minime expedire, ut quaedam christiana Natio pro se sola usum Eucharistiae *sub utraque specie* petat, aut acceptet. Incipit: *Quamuis Ecclesia Catholica in Concilio aliquo, atque etiam summus pontifex, vtpote caput ecclesię, potestatem habeant* &c.

Fol. CXLIII. *Consilium* de modo Civitates Luthero et Zwinglio adhaerentes ad Imperatorem reducendi. Ad Regem *Ferdinandum* directum et satis pacatum est, incipitque: *Si sacratissima Cæsarea Mtas. Ciuitates Lutheranas et Zwinglianas ad se reducere, et sine gladio pertrahere velit* &c.

Fol. CXLV. *Commoda*, quae ex pace cum Principibus capi, et *incommoda*, quae e bello oriri possent, hoc initio: *Si pax fiat cum electore Saxoniæ, et Marchione Brandeburgensi Georgio, qui præ cæteris auidiores pacis esse uidentur* &c.

Fol. CXLVII. Opusculum inscriptum: *Pro Tuitione Nostrę Religionis Sacramentis Ceremonijs Constitutionibus et Consuetudinibus Et de earundem Pijs Vsibus et Abusibus. Ad Serenis. et Potentis. Vngarię et Bohemie Regem Ferdinandum.* Praefatio ad hunc Principem, in qua *Faber* ab *octo annis* se Curiae ejus adscriptum dicit, data est *Aug. Vindel.* 9. *Julii* 1530. incipitque: *Transiturus ex hoc mundo Saluator noster Christus Ihesus* &c. Opusculum vero ipsum: *Quę modo in controuersia est Religionis nostrę materia in tribus mea existimatione potissimum uertitur* &c. Cordatum est Opusculum, abususque mascule convellit.

CCCCLVIII.

Codex chartaceus lat. germ. 102
Sec. XVI. Folior. 269. f. olim *Joh. Fabri* Ep. Viennensis, ejusque *Adversariis* addendus continet farraginem *Epistolarum* majorem